



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Reverendissimo In Christo Patri, F. Lvcæ VVaddingo Menapiensi: Gentis
Hybernicæ Lvmini: Minorum de Obseruantia nuncupatorum Commissario
Generali: Collegij hybernorum S. Isidori in Vrbe Antictiti: S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,
F. LVCAE VVADDINGO
MEN APIENS:

GENTIS HYBERNICAÆ LVMINI:

Minorum de Obseruantia nuncupatorum
Commissario Generali: Collegij Hyberno-
rum S. Isidori in Vrbe Antifliti: S. Theologiæ
olim Professori: Trium Ordinum S. Francisci
Chronographo illustri: In supremo Tribuna-
li Inquisitionis Romanæ Censori: Et in sacra
Congregatione INDICIS, aliisque Confessi-
bus Consultori: Viro Religiosissimo, Pieta-
te & Doctrinâ conspicuo, ac de Republica
Christianâ tum libris editis, tum rebus gestis
benè merito,

S. P.

APPELLAMVS Nomen, tum publicè no-
tum, tum priuatim, quod nostris cusum recu-
sūmque Typis, per Europam totam celebratur.
Nam cui ignotus Scriptor S. Francisci notissi-
mus? Qui inusitato ab omni æuo miraculo, lu-
cem matri, quam ipsa largitur liberis, reddidit.
Ita sanè, PATER REVERENDISSIME, Tu de
sanctissimo Patriarcha tuo meritus optimè, quam illi Deus nume-
rofissimam subiecit sobolem, mortalem tamen, & obliuionis telo
cruelius interituram quàm mortis; eam, inquam, sic à tumulo vin-
dicas, sic à morte, sic in vitam restituis, sic ab omni fati periculo
fancis, ut in omnium mentibus viua & vegata, sit futura orbi co-

2 2 æua.

æua. Quo beneficio Deum , quantum homini fas est , assequeris
quas enim Animas immortalitate donauit , earum Tu memoriam,
perituram alias , æternasti. Opus incomparabile , quo res dignitate
summas , maiestate amplas , varietate iucundas , numero immensas ,
sanctitate mirabiles , ita complexus es ; ut æquale arguento tanto
ingenium , nec varietate distractum , nec numero obrutum , nec ma-
iestate præstrictum , sanctitati totum se applicuerit , quam in legen-
tes deinde transfunderet. Id nempe est , ad tui Francisci saporem
scribere , pietatem & amorem Christi inserere , narrare ita ut do-
ceas , docere ut moueas. Sed nec vnis scriptis de tuo Ordine tota-
que Ecclesia summè meritus es ; quales scribis viros , voce & exem-
plo tales exhibes ; cum Doctrina clarus & pietate , quod docuisti
verbo , id & vitâ doces ; nec efficacius profligas vitia , quam virtu-
tum vsu & amore. Nam tua illa Doctrina in scholis , in Tribunalis
Inquisitorum , in Religiosis confessibus explorata , hostes Ec-
clesiae domat , triumphat , & in poenas vocat : at summa Pietas , mo-
rumque probitas singularis , virtutis hostes suauiter vincit , & à vi-
tiis trans fugas ad se abducit ; ut Religioni non minus sanctis arti-
bus quam aperto Marte , non minus pacis studiis quam districto
ferro inseruias. Quæ cum omnibus Romæ tam pateant , quam scri-
pta tua toti Europæ ; temerarium fortasse esset appellare te nostro
nomine , nisi & pro tua humanitate & pro Animo nostro , quem
gratum in Te cupimus summoperè , in spem venissemus , hanc tibi
nostram non molestam fore voluntatem , quæ nos cum iubeat ob-
sticissimos Tibi profiteri , id etiam speramus à Te impetrabit , ut si
quid in eo peccauimus , condones , ac nos habeas Tibi in perpetuum
Addictissimos.

INDEX